

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra b cum uariis

Modus ipse dicendi quo sacra scriptura contextitur, quamuis omnibus accessibilis paucissimis tamen penetrabilis. Nam ea que aperta continet quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum; ea uero que in misteriis occultat, nec eloquio ipso superbe erigit quo non audeat accedere mens tardiuscula et inerudita quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone quos non solum manifesta, sed etiam secreta exerceat ueritate hoc in promptis quod in reconditis habens, sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus aperta desiderantur, desiderata quodam modo renouantur, renouata suauiter intimantur. Hiis salubriter et praua corriguntur et parua nutriuntur et magna oblectantur ingenia.

Augustinus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

dicendi] discendi P V¹ V²; tamen] et non M; ea *om.* P V¹ V² L¹ L²; continet] ea *add.* P V¹ V² L¹ L²; fuco] succo L¹ L²; misteriis] ministeriis B P V¹; superbe] superbo V² L¹ L²; inerudita] in erudita P V¹; quos] quod P V¹ V² L¹ L²; hoc] etiam *add.* M; suauiter] suauitur (*cor. intra*) M; Augustinus *om.* L¹ L²